



R.D. Iacobi Marchantii Vitis Florigera

Marchantius, Jacobus

Coloniae Agrippinae, 1661

30. In Festo Visitationis B. M. V. tripart. Exurgens Maria abiit in montana
cum festinatione, &c. Luc. 1.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56381](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56381)

IN FESTO VISIT. B. M. V.

LUC. 29.
 ticipat.

Excursus MARIA abiit in montana cum festinatione, &c. Luc. 1.

Magnifica fuit Lectica Regalis, quam sibi fabricari iussit Salomon, ut gloriam suam ostendat filiius Ierusalem, in illa procedebat Rex pacificus & magnificus, cuius cultum desiderabat universa terra. De illa sic dicitur: Ferculum fecit sibi Salomon de Cedris Libani, Columnas fecit argenteas, Reclinatorium autem eum. Ascensum purpureum, media charitate constravit propter filias Ierusalem. Ferculum hoc (a ferendo dictum) ex cedris Libani, hoc est, lignis pulcherrimis, impuribilibus, suavissimisque odoris erat fabricatum artificiosissime. Cernebantur & in eo Columnellae splendidissimae ex argento, sive in inferiori parte ad sustinendam apsidem, hoc est, curvaturam rotarum, sive in superiori, sive ad sustentandas cortinas & alia: Reclinatorium autem (sive locus post humeros, in quo corpus reclinatur & requiescit) erat ex auro purissimo. Locus vero medius erat adornatus varijs symbolis & monilibus pretiosis amorem attrahentibus, vel quasi Gallicè diceremus: Il estoit paré comme de quereaux d'amour: Il estoit deussus comme de deussus d'amour au milieu. Et hoc propter filias Ierusalem, quae Regis & Lectuli videndi desiderio affliciebantur. Unde & subditur: Egre dimini Filie Sion, & videte Regem Salomonem in diadematè, quo coronavit eum Mater sua. Simul videte magnificentiam & gloriam Lecticæ in qua procedit: oculos & corallicerè illa potens est.

De itinere Mariae in montana.
 Com. 3.

Ferculum istud, sive Lectica Regia, Symbolum est Beatissimæ Virginis, quam Rex noster Pacificus Christus elegit, ut in ea quiesceret, & per eam gloriam suam ostendat, & ad nos adventaret ac oculos cordaque nostra caperet. Attende singula.

Ferculum Salomonis est B. M. V.

1. Hanc ipse fecit sibi: nemo præter ipsum potuit talem efficere, talem adornare Lecticam in qua quiesceret. Nunquid per Architectos nobile istud & nobile Ferculum Salomonis fabricatum fuit? Sed non sine mysterio dicitur, quod Ferculum fecit sibi Salomon, quasi ipsemet fuerit Architectus & Faber talis operis: in figura scilicet hoc sic exprimitur, quia in veritate noster Salomon Architectus fuit & Faber Ferculi huius sui, id est Virginis.

2. Dicitur ex Cedris Libani incorruptibilis & suavissimis odoribus fabricata hæc Lectica. Per hoc incorrupta Virginis puritas, tam corporis, quam mentis designatur, quæ ubique suaveolentem odorem spargit.

3. Columna in ea argentea, dona sunt Spiritus S. quæ & eam exornant, & ad procedendum agilem & volubilem reddunt, & firmam faciunt ac constantem. Dona enim Spiritus S. animum ad omnia divina

hocur, sed potius veneratus est ejus castitatem, & sanctitatem.

Sic etiam Paulus pellices Neronis ad castitatem induxit & Religionem Christianam, ita ut ulterius non potuerit eis persuadere Nero, ut ad se redirent, & ad priores illecebras: ideoque incensus est contra Paulum Nero, quia illatum maxime unam deperibat. Et hæc causa fuit necis Pauli, ita ut non solum pro fide, sed etiam pro castitate Martyr occubuerit. Propterea S. Chryostomus vocat eum, Hostiam castitatis.

Hæc itaque sunt virtutes S. Pauli à multis paucæ hic propolite: etenim in eorum catalogum texere nec liber unus sufficeret, nam omnis in eo virtus excellit. Quapropter concludo cum Chryostomo ho. 8. de laudib. Pauli: Cui te, o S. Paulè, iustorum veteris vel novi testamenti audeam comparare? Omnino quippe virtutum, quasi in arca quadam, sed cum multo circumlo condidisti. Licet quis contra te sigillatim iustorum appendas eorum, inveniet irrisivam virtutum pondertibus à tua parte depresso. Postmodum S. Chryostomus comparat S. Paulum Patriarchis, Prophetis, Apostolis, Angelis, sicque prosequitur: Paulus verè secundus Abel, verum non semel sed per singulos dies immolatur. Paulus alter Noè, sed absq; arca insurgens in se undas impietatis enavigans. Paulus alter Abraham, non modo à patria, vel gente, sed post vocationem ab ipsa vita abiciendus. Paulus alter Isaac, spontè in hostiam colligatus, Paulus alter Iacob, quali pro uno quodam totius mundi grege invigilans. Paulus alter Ioseph, spiritali fame tabescente mundo veritatis alimenta distribuens. Paulus alter Moyses, omnes gentes à tyrannide diaboli ad Christum reducens. Paulus alter Aaron, totius mundi populus inunctus Sacerdos, Paulus alter Phinees, impietatem Iudeorum & Gentium uno fidei mucrone confodiens. Paulus alter David, qui velut Goliath in certamen diabolum provocat. Paulus alter Elias, clarius raptus in caelos: Alter Elifas, gentes ab interna lepra purgans. Paulus alter Petrus, de caelo ad Evangelium vocatus. Paulus alter Gabriel, Christi ortum cunctis gentibus nuncians. Paulus alter Michael, qui Christianorum Dux esse sortitus est. Addit tandem S. Chryostomus: Etsi Angelorum, etsi iustorum circumvolens Chores, non invenio comparationem, cui non cum illo meritorum Paulus occurrat.

S. Paulus hostia castitatis.

Comparatio S. Pauli ad alios Santos.

Com. 5.

Domine Iesv, qui Paulum ves electionis tibi fecisti, ut portaret nomen tuum coram Regibus & gentibus, & ostenderes ei quanta oporteat pro nomine tuo pati, da nobis ejus audire monita & sapientiam, ejus imitari charitatem, & zelum ardentem, ejus sectari patientiam & fortitudinem, ejus adamare castitatem & puritatem, sicq; Paulinis vestigijs fac nos inphære, ut nunquam à te separemur, sed te cum illo adorare, laudare, aeternumque benedicere valeamus.

divina promptum rediunt, fulcuntque. & in gratia confirmant, ac nimium decorem conferunt.

4. Reclinatorium aureum in MARIA donum est contemplationis, in quo excellit super omnes Sanctos, sicut aurum excellit super omnia metalla. In hoc dono tanquam Reclinatorio sibi mirè complacet, & pacificè quiescit Rex noster Pacificus.

5. Ascensus purpureus varijs gradibus distinctus, varias designat in MARIA virtutes, quibus sese disposuit, ut ad eam veniret & ascenderet Dominus. Gradus hi sunt humilitas, fides, spes, puritas, obedientia; qui gradus omnes sunt adornati purpura regia, quia purpureo Christi sanguine illas virtutes MARIA promeruit.

6. Medius locus totus charitate est stratus, & adornatus, quia charitas & amor divinus cernitur in Virgine in medullis cordis; imò supra & infra charitas & amor cernitur, quia omnes ejus actiones etiam infimæ, per charitatem & amorem adornantur. Ideo allicuntur filix Jerusalem, ad eam tum contemplandam, tum adamandam, tum imitandam! ubique in ea sunt nodi amoris propter filias Jerusalem corda eorum in amorem Regis Pacifici illicentur, & firmiter ei illigentur.

In hoc ergo Ferculo progreditur hodie in montana Rex ille desiderabilis. O si contemplari liceret ejus pulchritudinem, & diadema quo coronatus est! Sed, heu, clausus portatur in hoc Ferculo, nec coram adhuc aperta sunt. Aperient illas Ioannes & Elizabeth, & quantus sit ille qui ibi latet, omnibus manifestabunt, exultantes præ gaudio. Aperiet & appensum velum MARIA, nobis aperiens mysterium in se latens, in laudes Regis Pacifici & Magnifici erumpens, ac decantans; Magnificat anima mea Dominum, quia fecit mihi magna qui potens est.

Luc. 1.

Quoniam in hoc primo suo itinere: Dilectus meus mihi, & ego illi. Nempe totum illi configit, in illo occupatur toto itinere, cū illo intimos sermones miscet, contemplans mysterium mysteriorum in se recens peractum. Ipse ei totū solatium est in solitudine, tota requies in lassitudine, refrigerium totum in respirazione, tota umbra in æstu & Solis ardore. Merito ergo potest dicere quod Spōsa: Dilectus meus mihi, & ego illi qui pascitur inter filias, quasi dicat: Ipse me impellit, & ego illi lubens obedo: ipse me regit, ego illum porto; ipse me in oculos benignitatis convertit, ego in illum respicio: ipse mihi dilectionem impendit, ego puerum amorem, amon puto refundo: ipse mihi lux & vita est, ego illi me totam consecro. Et quia pascitur inter filias, circumdo & sulcio cum floribus Sanctorum desideriorum, illis celestium cogitationum, violis humilium affectuum, & nihil nisi ejus respicio gloriam. Invitabat MARIA scandens in montana omnes creaturas ad divinam secum laudem. Ac inter cetera poterat specialiter dicere cum pueris Babylonijs: Benedicite omnia opera Domini Domino, laudate eum superexaltate

Scquitur toto affectu & desiderio, o filia Jerusalem, & aures cordis aperte ad præconia quæ dantur MARIA ab Elizabetha, quæ dantur Christo à MARIA sequimini Regem Pontificum in sua Lectione gestatum; & si festinare nritis vobis videtur, ita ut cum sequi vix possitis tardo vestro gressu, & molimine, dicite enim: Traho me post te, curremus in odorem unguentorum tuorum. Etenim fragrantissimum emittit odorem: Myrrha & guta & casta à vestimentis ejus, quibus delectantur filix Regum, quæ sunt ejus pedisequæ, honorisque Domicele.

Cant. 1.

Ufal. 44.

Prima processio, quam intravit Deus, factus homo.

Itaque intueamur oculis fidei & sanctæ contemplationis acie spectemus solemnem & sacratam processionem in montana Iudææ, in domum usque Zachariæ, quam primam instituit factus homo in tempore, qui à Patre procedit Deus in æternitate. En progreditur Rex Regum cum Regina Coelorum in montana, progreditur Sol cum Luna, sed Luna gestat utero illam, quem nube tegit Solem. Procedit Jesus cum MARIA in montana solitudinē, suam adhuc abscondens lucem. Nec tamen ita se abscondere potest, quin Ioannes ejus præsentiat

adventum & gressum, imò & vocem. At enim: Vox dilecti; Ecco isse venit salens in montibus, strans. Cant. 2. liens colles. Similis est dilectus meus caprea hinnulog, Carorum.

Sed quaeritur, quo comitatu, quave societate MARIA hoc iter confecit?

Respondeo primò. Non videtur adfuisse Ioseph, nec conscius adhuc mysteriorum fuisse. Si enim in domum usque Zachariæ comitatus fuisset Virginem, audivisset Elizabethæ vocem Matrem Dei inelamantis ad se venisse, audivisset & MARIA canticum Matrem Dei se agnoscentis, & id publicantis; Spiritus divini impulsu eam ad id perurgente. Hæc autem non cognovisse adhuc Iosephum, ex eo colligitur, quod ubi vidit tamescentem MARIA uterum, in suspitionem anxiam incidit, nolens quidem traducere, five diffamare, cogitans tamen occultè dimittere eam. Si ergo conscius fuisset mysterij, in has mentis agitationes non incidisset, ignarus autem divini fetus esse non poterat, si in domo Elizabethæ his quæ tanto peracta sunt gaudio, interfuisset. Voluit itaque divina providentia, necdum vel à MARIA, vel ab Elizabetha Iosephum de tanto instrui mysterio ab Angelo postmodum specialiter informandum. Quæ informatio Angeli toti Orbī posterioribus sæculis erat profutura, tanquam confirmatio per testem omni exceptione majorem omnium illorum quæ jam peracta erant, five Angelo nunciante, five Elizabethæ exultante in Matris Dei salutatione.

Respondeo secundò, MARIA non cum multo comitatu advisse domum Zachariæ, licet transendum esset per montana. Scilicet Jesus MARIA, sufficit MARIA Iesus; multam societatem non requirit, quæ ascendens per desiderium dilectus, affluens innititur dilecto, cui vicissim dilectus innititur. quoties toto cordis anhelitu repetere potuit illud in hoc primo suo itinere: Dilectus meus mihi, & ego illi. Nempe totum illi configit, in illo occupatur toto itinere, cū illo intimos sermones miscet, contemplans mysterium mysteriorum in se recens peractum. Ipse ei totū solatium est in solitudine, tota requies in lassitudine, refrigerium totum in respirazione, tota umbra in æstu & Solis ardore. Merito ergo potest dicere quod Spōsa: Dilectus meus mihi, & ego illi qui pascitur inter filias, quasi dicat: Ipse me impellit, & ego illi lubens obedo: ipse me regit, ego illum porto; ipse me in oculos benignitatis convertit, ego in illum respicio: ipse mihi dilectionem impendit, ego puerum amorem, amon puto refundo: ipse mihi lux & vita est, ego illi me totam consecro. Et quia pascitur inter filias, circumdo & sulcio cum floribus Sanctorum desideriorum, illis celestium cogitationum, violis humilium affectuum, & nihil nisi ejus respicio gloriam. Invitabat MARIA scandens in montana omnes creaturas ad divinam secum laudem. Ac inter cetera poterat specialiter dicere cum pueris Babylonijs: Benedicite omnia opera Domini Domino, laudate eum superexaltate

Qua societate sit hoc iter confectum Ra. 1.

Matth. 1.

Ra. 2.

Cant. 2.

Cant. 2.

Dan. 3.

Superexaltate

altare eum in secula: Benedicat terra Dominum, laudet & superexaltet eum in secula: Benedicite montes & colles Domino, benedicite universa germinantia in terra Domino. Hi sunt sacri affectus, hæc sacra alloquia, quæ ei etiam pro vehiculo in hoc itinere confragoso. Iterum contra ætulum & lassitudinem poterat dicere: Sub umbra altus quem desideraveram sedi, & fructus ejus dulcis gutturi meo.

Cant. 7.

R. 3.

Heb. 1.

Cant. 3.

Pars II.

De causis itineris & sanctificatione s. Joannis.

1. Kan. 3.

Est. 30.

Heb. 10.

Respondeo Tertio: Non defuisse Mariæ comitatum & societatem Angelorum, Regi novo & Regina colorum obloquentium. Sic enim introducit Pater primogenitum in orbem terrarum dixit: Et adoravit eum omnes Angeli ejus. Ecce in orbem terrarum æternitatis Vnigenitus introductus est, ut fiat MARIÆ primogenitus, in cujus utero jam est conceptus & formatus; non desunt ergo Angeli eum adorantes, ei ministrantes, eum sublequentes. An non hi sunt gressum & pulchritudinem, virtutemque odorem in MARIÆ admirantes, dicunt: Quæ est ista quæ ascendit per desertum, sicut virgula sumi ex aromatibus myrris & thuris & universis pulvis & pigmentis? An non hi sunt de quibus mox ibidem subditur: Ex lectulo Salomonis ambulant sexaginta fortes, ad bella doctissimi senes tententis gladios? Hi sunt Principes celestem Regem suum & ejus Rhedam regiam circumventes, quasi bellatores inclity, ad honorem & colloquium.

Sicut Regis iter de loco in locum non solet esse sine negotio gravis momenti: sic nec prima hæc protectio Regis Regum cum Matre, hoc est, CHRISTI & MARIÆ, sine alto & celesti consilio est.

Prima ergo causa hujus protectionis festina fuit sancti. s. Joannis, ut à peccato originali expiaretur, & Spiritu S. repletur adhuc ex utero Matris sue, prout Angelus prædixerat Zachariæ. Adhanc ergo protectionem MARIAM urgebat intus infans conceptus, ut initium daret illi operi ad quod venet in mundum. Ad hoc nempe venit Filius Dei, ut dissolveret opera Diaboli, venit peccatores in libertatem asserurus, peccata expiaturus, animas sanctificaturus. Officium ergo Redemptoris & Sanctificatoris nondum natus exorditur ab anima Joannis. Protinus ut in mundum venit, sese in conceptione Patri obtulit, tamquam hostiam pro peccato; illudque tamquam juratum hostem, propter quem in hanc arenam descenderat, expugnare cepit, quia hæc erit voluntas Patris. Vnde sic Patrem alloquitur: Sacrificium & oblationem nolusti, aures autem perfeci, isti mihi, sive ut ex 70. Interpretibus legit s. Paulus; Corpus autem adaptasti mihi. Quasi dicat. Aures equidem ad obediendum, corpus autem ad pugnam & parandum mihi fecisti, simulque ad immolandum. Quia igitur holocausta ultra pro peccato non postulasti, repudians antiquas victimas, insufficientes ad expiandum peccata,

ta, & sanctificandum animas; Tunc dixi: Ecce venio. In capite libri æternæ ordinationis tuæ scriptum est de me ut facerem voluntatem tuam, hanc ecce perficio, & munus meum inchoans peccatum & Satanam à sua possessione deturbare festino.

Nempe adimplere debebat Christus mysticum illud nomen, quod est apud Prophetam impositum: Voca nomen ejus, Accelera, spolia detrahe festiva prædare, quæ antequam sciat vocare Patrem & Matrem, auferetur fortitudo Damasci, & diripiet spolia Samaria. Propterea ergo festinat, propterea cernitur saliens in montibus, transiens colles: hæc est prima præda quam Satanæ eripit & inferno, anima Joannis à peccato originali liberata. Tamquam Casulus Leonis ludo ad prædam ascendisti fili mi, Tamquam Hirculus cervorum, velocissime transivisti colles, ut pugnes contra serpentes. Tamquam Semen benedicta mulieris, in anima Joannis contrivisti caput serpentis, sicut in præordio sæculi ad illam dictum erat: Inimicitias ponam inter te & mulierem, inter seminem tuum & seminem illius, & ipsa conteret caput tuum. Sive, ut lectio Hebræa habet: Ipsum semen conteret caput tuum. Et quid est caput serpentis, nisi peccatum originis, ex quo tamquam capite vires omnes Satanæ expromit, virusque omne? An non illud contrivit Christus in Joanne, simulque Satanam expugnavit in virulentum suo semine? Ecce non solum delibatur infans super foramine aspidis ab ubere, sed etiam adhuc clavius matris ventre misit manum suam in cavernam Reguli, ut eum educat & proterat. Hæc sunt spolia quæ deripit jam ab utero, tanta cum festinatione, primo suo itinere.

Secunda causa itineris hujus fuit, quia voluit Deus manifestari Virginis excellentiam, ut quæ solis Angelis erat cognita, jam etiam hominibus foret manifesta. Quid enim eâ excellentius dici vel agnoscere potuit, quandoquidem MATER DEI in domo Zachariæ agnoscitur & prædicatur? An non hic est. Titulus summus puræ qui potest competere creaturæ? An non infinitam quandam completitur dignitatem, simulque gratiam correspondentem quâdam ratione infinitam? Hic titulus affinitatem primam, quæ eum Deo esse potest, continet, ideoque inæstimabilis est, summæque honorandus. Ita que poterat Christus sanctificare Joannem remanens in Nazareth cum Matre & in Matre; locorum distantia aut personarum non poterat ei esse remota. Quare ergo tantum subit laborem arduum itineris, Matrem absque dubio defatigantis? Nempe ut majori sibi Joannem vinculo obstringeret, simulque ut MARIÆ voce uteretur, tamquam primo instrumeto sanctificationis primæ à peccato, quæ efficit in mundum adveniens. Voluit ergo agnosci eam electam esse non solum in Dei Matrem, sed etiam in hominum Mediatricem, per quam peccatores obtinerent veniam, iusti ampliorem gratiam. Ipsa ergo inclinat voce sed erga Joannem officium Mediatricis, sicut & Filius ejus officium Redempto-

Isa. 8.

Gen. 47.

Gen. 30.

Isa. 22.

2. Causa.



dmptoris. Hac hodie voluit agnoscere, qui dignatus est in ea nasci. & Verbum quod se infudit utero Virginis, voluit per gratiam sanctificationis ab ea quodammodo refundi in animum Ioannis, ut ipse iam renascetur spiritualiter, per eum qui necdum uetus erat corporaliter. Maria ergo non solum est Mater Iesu, sed etiam Mater gratiæ in electis. Mater misericordiæ in peccatoribus. Hac omnia patent in hoc itinere, quod non tam ipsa aggreditur, quam Iesus propter ipsam, ut manifestet eius dignitatem. Ipse ergo est qui eam urget ut exurgat, qui ipsam intus monet ut Ioannis & Elisabethæ domum adeat, ubi primò ejus applicentur decora & qualitates eminentes, magnâ voce, magno ardore, magnâ exultatione. Ipse est qui manere vult eam ibi quasi tribus mensibus, ut domus illa tantò majori repleatur benedictione, sicut repleta est (in figura hujus rei) domus Obededom. Arca ibi tribus mensibus manente.

2. Reg. 6. Non enim sola est familiaritatis causa, quod dñi mansit, sed etiam tanti vultus profectus. Nam si primo ingressu tantus profectus exiit, ut ad salutationem Mariæ exultaret, insons, Mater repletur Spiritu sancto, quantum putamus usu tanti temporis S. MARIE addidisse presentiam, ait S. Ambrosius in cap. 1. Lucae.

3. Causa. Tertia causa hujus itineris fuit ex parte Virginis. Ejus enim humilitas & charitas eam impulit ad hoc iter, licet asperum & prolixum; quod aliqui existimant fuisse viginti duarum leucarum; tanta enim erat distantia à Nazareth usque in domum Zachariæ, quæ à multis putatur fuisse in Hebron civitate sacerdotali, illaque hic dicitur Crux in Iuda. Patet verò humilitas Virginis, quæ cum salutaris est ab Angelo, Deumque concepisset, nihilominus proficiscitur ut obsequium offerat, & ministerium quamlibet vile, Elisabethæ jam per uterum impeditæ Pater & charitas, cujus fervor non retardatur, aut infirmitate ætatis, aut verecundia virginitatis, aut labore itineris, aut quiete contemplationis; sed asperum iter ingreditur, ut mulieri provecctæ ætatis & gravidæ Vingo servitium ancillare impendat, relinquens ad tempus contemplationis divinæ otium, ut charitatis sedula adimpleat negotium. Propterea igitur exultavit ipsa dicitur, quasi ab oratione ad inter se parans, ac à contemplatione ad actionem transiens, Mariæ & Marthæ officium sciens confederare.

Docemur hic, licet omnia nobis prospera forent & felicia, nihilominus aliorum curam non esse negligendam, si postea ope vel operâ, consilio vel auxilio indigeant, quamvis forte aliquod inde videatur ori non nobis dependum. Quapropter monet Ecclesiasticus cap. 7. Non te pigeat ministrare infirmo, ex hoc enim in dilectione firmaberis. Docemur quoque opera charitatis & pietatis cum fervore esse exequenda: nec progrediendum in via virtutis cum tepore: Nescit enim tarda molimina Spiritus sancti gratia. Si laudamus alacres & diligentes in

seculi negotiis, cur tardi sumus & oisitantes in operibus bonis & negotiis Dei? Mala dicitur qui facit opus Dei negligenter, dicit Propheta secundum lectionem 70.

Potè multa privilegia & mysteria hanc visitationem sunt consecuta, quæ paucis his verbis ab Evangelista comprehenduntur: Vi audisti salutem Mariæ Elizabeth, exultavit infans in utero hanc visitationem.

Primò non caret mysterio & privilegio exultationis infans sex mensium in utero; usum enim rationis ei acceleratum significat. Modum autem huius exultationis sic pterique explicant, quod in illa Mariæ salutatione Ioannes faciem ad Christum vertentem in utero Mariæ clausum, eumque exultantem adoravit. Hæc autem faciei conversio non poterat esse sine Matris grandi concussione, quia plus legitur traditur infans in utero habere faciem veram ad dorsum, seu ad renes Matris; & ita se vertens ad Matrem, non potuit non commotionem grandem in Matre excitare, quæ suavissima tamen & gratissima fuit, ideoque exultatio tam infans, quam Matris nominatur. De hac re Franco Abbas termo 7. de gratia Dei: Agnoscat servus Dominum nobiles Regem, præco Iudæem, & quo potest voce, exultatione scilicet gaudij, mundo inelamatur adventum Iudæi sui. O novitas! & miraculum! & quicquid mirum est, ibi teatro mundi incognitum spectaculum! Parvulus in utero sibi invicem alludunt, sed non sicut Ismael cum Isaac alter alteri illudit, Ecce parvulus noster, sicut illi in utero Rebecca contendunt, non tamen ut alter alterum supplantet, sed ut alter alterum mundo commendat. Vtique Iacob & Esau spiritu ambitionis & contentions repleti videntur ex utero, dum se se mutuo collidunt, & matrem turbant, ita ut diceret: Si sic futurum erat, ut quid necesse erat concipere? Sed spiritu charitatis Parvuli nostri se interius mutuo amplexu consulantur, converso ad invicem vultu; mutique amoris facie incensi, cor cordi quasi possunt, propinquam congratulantes generis humani redemptionem. Itaque, si petis cur Ioannes in utero sic exultet? Respondebimus id factum esse, quia Solem videt licet in nubilo; Solem videt Ioannes, qui detinebatur in carcere tenebrosos, gestique illum præcurrere, & omnibus nunciare, Quasi dicat, inquit S. Chrylостomus: Vides Dominum qui natus est? Nunc mensium mihi tempus non est necessarium, in me enim est qui est æternus. Exgrediar ex hoc tabernaculo tenebrosos, verum admirabilem compendiosam prædicabo cognitionem. Sum signum, significabo Christi adventum. Sum tuba præferam Filij Dei in carne dispensationem. Tuba canam, eo ipso paternam linguam benedicam. Tuba canam, eo ipso maternam vivificabo. Sic salu & exultatione loquitur. Vix ipse vitam ducit, & Deum vix auctorem vult prædicare. Nondum alpicit lucem, & Solem lucis auctorem vult annunciare. Non miris.

Baronius, Tolet. & alij.

Terom. 48.

Gen. 27.

Exultat quia detinetur.

Vide Brevariar. in festo Visitationis.

eris tamen si exultat, & adorat Deum ex utero matris, quandoquidem & Ionas adorare potuit ex utero piscis.

2. *S. Ioan. in utero Spiritu S. repletur.* Secunda privilegium & mysterium in hoc reperitur, quod puer iste ab utero Spiritu sancto repletur, & à peccato originali mundatur. Felix presentia Iesu & Mariæ, quæ hunc effectum potuit producere: felix ingressus Domini, quocumque gratiam afferens & sanctificationem. Si enim in Virginis utero intrat. Spiritum sanctum eminenter eam sanctificantem adducit. Si in matre residens in domum venit Zachariæ, quantis eam adornat benedictionibus, non solum matrem Spiritu sancto replens, sed infantem, ut adoratur exultet suum conspicens Sanctificantem Agnovit atque Ioannes in utero sanctificatus auctorem suæ sanctificationis, & mysterium divine Incarnationis. Voluit enim Christus illud mysterium omni hominum conditioni & sexui, omni que ætati manifestari, quod pro omnium salute erat ordinatum. Sic ab omni statu voluit infans odorari, tamquam omnium Rex constitutus & inauguratus. Propterea adoratur, ab Angelis, tam in conceptione, tam in natiuitate. Adoratur à stella & Magis adhuc recumbens in pannorum vilitate, tamquam à Nobilibus & Sapientibus Rex agnitus. Adoratur ab opificibus, quorum personam gerit Iosephus artis vir fabrilis. Adoratur à Pastribus qui vicem gerunt communis plebis. Adoratur à Virginitibus & Coniugibus, quia ex parte haturum, agnoscit eum Maria, & adoratur eum ipsi Iosepho conjugata, & Virgo tamen indignerata. Adoratur ab infantibus, quia ex parte infantium adoratur eum Iohannes, maternum concutiens uterum ob presentiam sui Regis. Exultat ob liberationem à peccato, exultat ob sanctificationem quam percipit ab utero, exultat ob donorum celestium communicationem ei factam à Domino, magno certè cumulo. Quidni exaltaret tantis benedictionibus adimpletus? Longè ergo Ioanni aliter contrigit quam olim Adamo, qui cum vocem Domini audisset, tremore concussus dicit: Domine audivi vocem tuam & timui eam, quid nudus essem. At Ioannes audità Christi voce per os Mariæ, non timet, sed miro exultat gaudio, quia advenit eius nuditatem operturus veste gratiæ. Adam de publico in absconditum fugit, Ioannes de uteri penetralibus, ut se Domino offerat, gessit erumpere.

Christus infans ab omnibus voluit adorari.

3. *S. Ioan. in gratia confirmatur.*

Tertio in hoc quoque mysterium cernitur, quod Ioannes in gratia confirmatur ad visitationem Iesu & Mariæ, ita ut deinceps nunquam commiserit peccatum mortale. Nempè à facie Domini fugit Satan exultante Ioanne, sed sic fugit, ut numquam valeat reverti, ullamque hic possessionem rursus obtinere. Spiritus malus fugit à Saul cirbara David sonante, sed numquid teum potuit locum unde fugerat, repetere? Spiritus malus fugit à Ioanne, fugatus Virginis voce resonantis instat citharæ: sed absit ut possit redire.

Dagon cecidit coram Arca, truncusque factus est, nec potuit sese redintegrare, sic & Satan coram Maria Divinitatis Arca ita pedes manusque perdidit, ut in hanc animam Ioannis ulterius non potuerit vel reptare. O felix anima, tot gratiæ donis adornata & in Deo confirmata, saltans instat Davidis, coram Arca, & presentes omnes replens exultatione! Verè huic domus salus à Deo facta est, ed Luc. 19. quod & ipse Ius filius Abraham qui exaltavit ut videres Ioan. 8. diem suum; vidit, & garrulus est.

DE infante exultante dictum est, nunc de matre differendum; de qua Evangelista: Repleta De voce est Spiritu sancto Elizabeth. & exclamavit voce magna: Benedicta tu inter mulieres & benedictus fructus in laudibus ventus tuus. Exuberavit in matrem gratia filio colata, ut & ipsa Dominum & Matrem ejus agnosceret, ac inciperet prophetare eodem Spiritu quo filius. Quocumque enim dixit: Elizabeth prophetica ad MARIAM, non verba fuerunt Elizabeth, sed infans. Os autem Elizabeth tantum ministravit, sicut & os MARIÆ ministravit Filio Dei qui erat in utero ejus, inquit Theophylactus in hunc locum. Sic communiter docent & loquuntur SS. Patres. Audi Originem hom. 7. in Lucam: Non est dubium, inquit, quin qua tunc repleta est Spiritu sancto, propter filium sit repleta. Neque enim mater primò meruit Spiritum sanctum sed cum Ioannes clausus utero Spiritum sanctum accepisset, tunc & illa post sanctificationem filii repleta est Spiritu sancto. Idem dicit S. Ambrosius: Vocem prior Elizabeth, sed Ioannes prior gratiam sensit. Explicat id latius S. Bernardus exemplo Lucernæ ardentis, cui comparat Christus Ioannem: Ille erat lucerna lucens & ardens: Sic verò hoc amplificat Doctor mellifluus Ierem. 1. de Nativ. Baptiste: Fuit jam tunc in utero ardens lucerna, sed interit adhuc sub molitibus, donec super candelabrum poneretur, & lateret omnibus qui erant in domo Domini. Tunc solum potuit illuminare medium suum, soli lucere matri, magnum ei pietatis sacramentum revelans, voce exultationis matri. Vnde hoc mihi, inquit, ut veniat mater Domini mei ad nos? Quis sibi indicavit matrem Domini mulier sancta? Vnde me nosti? Vi facta est, inquit, vox salutationis in auribus meis; exultavi infans in utero matris. Illuminavit ergo jam tunc medium suum quo latebat, paulo post mundum novis illustrata fulgoribus.

PARS III

Ioan. 3.

Elizabeth

Neque verò sine mysterio dicitur Elizabeth, Spiritu sancto ex ubertate filii repleta, exclamasse voce magna. Quid enim egebat MARIA, tanta voce exultatione & contentione? Huius ergo vocis sic exaltatæ varie possunt reddi rationes. 1. quia voce magna exclamavit, quia magnitudo vocis exclamatum est magnæ affectionis. 2. Voce magna, quia magna & innotita ei revelata erant mysteria. 3. Voce magna, quia erat vehemens Spiritus impulsus ad hæc propalanda. 4. Voce magna, quia per eam loquebatur Pax clamantis in deserto. 5. Voce magna, quia



quia sicut cordis, sic & oris debebat esse sonora latitudo. 6. *Voce magna*, quia hæc vox totum debebat resonare per orbem. 7. *Voce magna*, quia vox ista debebat surdos hæreticos confundere. 8. *Voce magna*, quia magnas Virginis laudes non poterat adæquare. Equidem per omnium ora utique in læculi finem hæc vox sonora Ioannis & Elizabethæ in laudem MARIÆ decantatur: *Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui*. Debetque omnes animare Christianos, ut eadem devotione, eodem spiritu & ardore, eadem mentis lætitiâ valeant hanc salutationem Deiparæ præsentare. Sic enim poterunt non solum Satanam, sed etiam eius assecras, qui de MARIÆ malè loquuntur, confundere. Propterea namque eadem voce Angelus & Elizabeth utitur in MARIÆ benedictione, ut ab Angelis & hominibus simul benedicenda & honoranda monstraretur, inquit S. Ambrosius. Aulpicatur itaque suam salutationem Elizabetha ab ea parte quam postremam Angelus habuit, quod mirabiliter factum est, quasi colloquio interfuisset Angeli cum MARIÆ. Nempe idem spiritus est afflans & impellens Elizabetham, qui afflavit & Angelum; ideoque iisdem uterque verbis utitur, & MARIÆ congratulatur: *Benedicta tu in mulieribus*. Nec mireris quod Angelus hæc verba non addiderit: *Benedictus fructus ventris tui*, necdum enim Virgo Ilium conceperat, cum ab Angelo salutationem accepit, sicut quando ab Elizabeth accepit congratulationem.

Cur Maria benedicta inter mulieres.

Malè ab Exia bonè à Maria.

Capit. 2.

Prov. 21.

Sed cur MARIAM benedictam inter mulieres pronunciat Angelus, pronunciat & Elizabetha? Numquid non benedicta est etiam super Angelos, & super omnes electos? Numquid in capite libri æternæ prædestinationis & benedictionis divinæ prima post filium scripta est, omnes alios præcellens donis gratiæ & gloriæ? Equidem. Sed respiciant tam Ang'los quam Elizabetha ad dignitatem Matris Dei, quæ solis mulieribus poterat competere. Respiciant quoque ad primam mulierem, quæ per peccatum introduxit maledictionem, cui opponitur Maria inter mulieres benedicta, quia maledictionem sustulit per mulierem introductam. Vade si prima mater est mortis & morientium, hæc Mater est vitæ & viventium: si prima lachrymas & miseras attulit originalis noxæ, hæc gaudium & divinitus protulit cælestis gratiæ: si prima spinas germinavit pungentes cū lolis, hæc rosas dedit odorantes cum liliis: si prima serpenti consentit se veneno inficiens cum suo semine, hæc caput contrivit serpentis pro se & suo semine. Ergo benedicta inter mulieres, quæ opprobrium abfuit inductum per rabiherem, & exorta est inter illas tamquam rosa inter spinas sine spinis. *Sicut liliam inter spinas, sic amica mea inter filias*. Benedicta super omnes mulieres, sive spectes fecunditatem & maternitatem; sive consideres castitatem & virginitatem, sive æstimēs sapientiam & prudentiam, sive intuearis pulchritudinem & gratiam. *Multa filia congregaverunt divitias, tu supergressa es universas*. Multæ toto studio sibi merita comparant & virtutes, sed nulla ò MARIÆ, accessit ad cūmulum tum; *Tu supergressa es universas*, tam recentes quam antiquas, Pulchra filia fuit Agnes, divitis admodum ornata cælestibus, specialis & dives filia Cecilia, castitate & meritis præclara; opulenta & benedictionibus cumulata filia Catharina; nobilis & illustis filia Agatha, & mille alie: sed opibus, meritis castimonia, gratia tam externa quam interna, *Tu supergressa es universas*. Speciosa fuit mulier Sara, speciosa Rachel, speciosa Rebecca, benedictionibusque divinis refertæ fuerunt ac eorum familia; sed *Tu supergressa es universas*. Ob sapientiam & decorem commendata olim & benedicta fuit Elther, Abigail, Iudith, aliæque mulieres fortes & generose, sed *Tu supergressa es universas*, sapientia, decore, benedictione.

Quod sibi particulari hæc vis intelligere, attende singulos status femine sexus, & videbis quantum MARIÆ feminas supergressa sit universas, sublimior dignitate, & excellentior virtute. Numquid tres status sunt mulierum, Conjugium, Virginitas? Primum conjugatas benedictione longè supereminet MARIÆ, quia virginitatem fecunditati habet conjunctam; quod a sæculo non est auditum, ut eadem sit Mater & Virgo, in ea reperitur.

Partus & integritas, discordes tempore longo. Virgo in gremio fœdera pacis habent

Iterum benedictione eas supereminet in hoc quod sine peccato concepit, sine dolore parturit, quod nulli alteri est concessum. Denique, proliis dignitate omnes antecellit. Si enim nonnullæ benedicuntur, quod Patriarchas genuerunt aut Prophetas, aut quod Orbi Reges dederint conspicuos; hæc Regem Regum, Prophetam Dominum & Angelorum, totiusq; sæculi lucem peperit, cælo & terra eam benedicente. Propterea eam hic benedicit & Elizabetha, exclamans: *Vade hoc mihi, ut veniat Mater Domini meæ ad me?* Quasi dicat: Quæ opera meæ quid bene feci, ut hoc promerere? Ego quidem scio me felici exitum habere in quo benedicti, quod prolem gesto magnum quiddam faculo futuram, sed quam meo merito tanta mihi contigit felicitas, ut Mater Domini meo iure veniat ad me? Meū erat ad eam proferre, & uterum talem fructum ponantem tota cordis voceq; contentione beatificare. Brevi verborum conpendio MARIÆ dignitatem comprehendit, dum hunc ei titulum affigit, *Mater Domini meæ*. Non enim eam poterat, alius commendare & extollere, quia hic titulus excedit omnem altitudinem, quæ post Deū dici potest vel cogitari: ex illoque titulo omnes prærogative, omnia dona cælestia, omnes gratiarum excellentiæ, omnes benedictiones in MARIÆ profluxerunt, tanquam ex fonte.

Hinc effectum est, ut post Elizabetham (quæ prima hoc mysterium euit agnoscere post Angelum.

Omnes status feminarum supergressa est M.K. i. Conjugata.

lum & MARIAM, benedixerint specialiter Deum & hanc Matrem omnes mulieres quæ aliquatenus intelligere poterant dignitatem huic titulo annexam in femineo sexu honorem redundantem. Quapropter dicebat S. Hugo Episcopus Lincolnienſis: *Satis à feminæ sexu Deus diligi promeruit, cum nafci de femina dignatus eſt. Nam cum vira con- ceſſum non ſit, ut ſit Dei Pater: hoc concefſum eſt femina, ut ſit Dei Mater.* Ego pergit, o devota mulieres, in conjugio benedicite Mariam cum Elizabetha, quæ tamquam Præcentrix & Choragæ vocæ exorditur laudis & benedictionis. Benedicite, voceque & mentem extollite cum muliere Evangelica beatificantes ejus uterum & ubera. Benedicite eam magno affectu, magna pietate cum Eccleſia Catholica, quæ in finem uique ſæculi optat ejus laudes ab omnibus quidem, ſed maxime à devoto femineo sexu reiterari, in d. millies milliefque reperiri. Benedicite eam, ut ipſa vobis in conjugio fecunditatem, felicitatem, omnigenamque, in pretre benedictionem illi proles veſtras offerre, ut ipſius benedictione in timore Dei educari, & in via ſalutis proſpero greſſu poſſint pergere, ac tandem Angelice loca obtinere ſub Angelorum Regina.

Secundo, Viduas longè ſuperat benedictione, ideoque & viduas ipſa benedicitur, quæ inter omnes mulieres eſt benedicta. Sic benedixit eam in templo poſt Elizabetham Anna vidua, dum filium ſuum templi Dominum veniſſet oblatura. Merito certè eam intuentur, ejuſque laudes & præconia decantant viduæ, quando quidem eis data eſt ut pietatis exemplum, ut forma morum, ut virtutis omni ſtatu viduali congrua pellucidum ſpeculum. Docet enim eas ſilentium, pudicitiam, orationem, patientiam, jejunium, ſolitudinem, columbinum gemitum, fiduciam in Deum, omniaque alia religionis vel pietatis exercitia, quia in his omnibus excellit. Ego pergit, o viduæ devota, benedicite MARIAM cum Elizabetha, benedicite cum Anna vidua, ſub ejus inſtructione & magiſterio diſcite in ſolitudo Deo vacare, patientiam fovere, gemitum turris in cœlum edere, operibus pietatis & miſericordie incumbere, caſtæ & pudicæ vivere, omniaque veſtra in Deum referre, & huic Matrî divine gratiæ commendare. Ipſa vobis eſt Conſolatrix in afflictione, Protecatrix in adverſitate, Lux in caligine, Dux in itinere, ut ipſius præeunte benedictione valeatis viam æternæ felicitatis certius reperire.

Tertio, Virgines MARIAM longè antecellit, tum ob ſecunditatem conjunctam virginitatis, quia Mater & Virgo, quod aliis virginibus non poteſt convenire: tum ob puritatem, quam huſquam alie virgines aſſequentur, quia tanta eſt, quanta major ſub Deo nequit intelligi: tum ob primatum & prioritatem, quia prima virginitatem creditur voſſiſſe, nullo præcedente vel præcepto vel concilio vel exemplo. Quapropter omnes alias virgines ſuo attraxit exemplo, vexillum eugens Virginitatis,

ſub quo ipſa Duce jam ſecurè poſſent militare, quod factum eſt à millienſ millibus; eas ergo ſuo cenſetur genuiſſe prævio exemplo. Propterea à Virgineo choro nocte dieque benedicitur, & inter omnes mulieres benedicta pronunciat. Quia enim viderunt eam ſilia Sion, ideo beatiſſimam prædicaverunt, & Regina laudaverunt eam. Hoc eſt, quia filia pietati addicæ, & tamquam regina carni & paſſionibus dominante, MARIÆ perfectiones contemplantur, eaſque ad imitandum piæ oculis habent, non poſſunt non in ejus benedictiones & laudes erumpere, tamquam Matris & Principis chori virgineæ ac virtutis omnigenæ. Pergit ergo o Virgines piæ, MARIÆ laudes jugiter decantate, eam inter mulieres benedictam, magna voce, magno affectu, cum Elizabetha pronunciate. Illi vos ex integro vovete, ut ipſius exemplo & auxilio puritatem illibatam poſſitis conſervare. Illa vobis adert, ut ea parte pentis valeatis contere, & victoriam contra Sathanam, Mundum, Carnem reportare. Ipſa benedictione ſua efficiet, ut poſſitis tamquam *Lilia inter ſpinas*, ſine laſione pertranſire, ac tandem inter parthenios Angelorum choros perpetim ejus laudes puriſſimè, aliſſimè, perfectiſſimè reſonare.

Ceterum, ut concludamus, cur MARIAM inter mulieres benedicta pronuncietur, rationem ſubdit Elizabetha, quia *benedictus fructus ventris tui*; ideo enim ipſa benedicta, quia fructus ejus benedictus origo eſt omnis benedictionis in eam redundantis. Unde & ille dicitur benedictus ſine limitatione, non benedictus inter filios hominum ſicut MARIAM inter mulieres, quia per ipſum non ſolum omnes gentes benedicendæ ſunt; ſed etiam omnis benedictio in cælo & in terra ab ejus pietudine eſt derivata. Atque ſolus hic fructus ventris benedictus eſt quia reliqui ex concupiſcentia nati ſub maledictione naſcuntur, niſi per fructum hunc MARIÆ liberentur. Vide autem quam aptè Filius MARIÆ ſignificatur nomine *Fructus*.

1. Sicut ex arbore fructus oritur ſine laſione, ita Chriſtus ex Virgine.
2. Sicut arboris à fructu eſt pulchritudo, ita Virginitas à Chriſto.
3. Sicut fructus Evæ attulit maledictionem, ita fructus MARIÆ benedictionem.
4. Hic eſt fructus, quem qui edunt, ſunt Dii, divina confortes natura.
5. Hic eſt fructus primigenius in florido gratiæ Vere exortus.
6. Hic eſt fructus primigenius, inter natos omnes perfectione primus.
7. Hic eſt fructus benedictus in colore, odore, ſapore. Merito ergo Elizabetha iſtclamat: *Benedictus fructus ventris tui.* Vis ſcire quomodo benedictus ſit in colore? *Candidus eſt, & rubicundus, & albus ex millibus.* Qui candidus eſt, in innocentiam & puritatem dignat. Qui rubos niſi ejus iuſtitiam & charitatem, qua purpureus lactus eſt tam

Can.

Filius M. nomine fructus significatur.

Can.



Magnificat anima mea Dominum Luc. 1.

Lect. 40. tripartita.

in Chreuchstone, quam in Passione? Si fructus arboris vitæ adeo speciosus erat & delectabilis mortis fructus; quanto magis fructus hic vitalis sapiens Angelorum & Electorum oculis rutilo suo colore? Novo enim jugiter desiderio in eum desiderant prospicere. Vis etiam scire quomodo benedictus sit in odore? Odorem suaveolentem spargit his qui longè, illumque mirè adauget his qui propè. Eius fragrantiam sentiebat à longè Isaac, pronuncians propheticè: *Eccè odor filii mei, sicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus. Nondum speciem flos ille agri inuenerat, & jam dabat odorem suum, quem se præ gaudio exclamans præsens spiritus, corpore marcens, sanctus & senex Patriarcha, caligans visu, odoratu sagax, inquit S. Bernardus serm. 47. in Cant. Illius etiam odorem præsentiebat à longè alter Propheta illoque exhilaratus dicebat: Ego autem gaudebo in Deo iesu meo. Mox verò ortus iste fructus ita longè lateque odorem fudit, ut totum impleret orbem, nani & Reges à remotissimis partibus ad se odorandum adorandumque pellexit. Et sicut fructus manu tactus pressitque magis redoleret, ita hic fructus decerpis ex arbore crucis, lancea punctus, varæque pressus, majorem afflavit toto orbi odorem, fragrantia sua in yriades ad se trahens, & in sui amorem sapiens, inò odore mortuus vitam afflans. Denique, vis scire quomodo benedictus sit in sapore? Scito, non esse similem fructibus illis, qui circa Sodomam oriuntur, suntque speciosissimi, sed si gustes, cinerem sentis & foetorem. Etenim de hoc fructu scriptum est: *Qui edunt me, aëbus esuriant. Nihil gustatur suavius quam Iesus Dei & Mariæ filius. Eloquentium elca est sua vis palato sano: gustatus novum excitat appetitum, & ore in delectat, imperciens omnem laporem suavitatis. Experientur illi, qui avidè illum comedunt sub umbra Sacramenti, & dicunt: Fructus ejus dulcis gusturi meo. Benedictus ergo fructus, pius sciens in tempore peregrinationis, electos in die æternitatis; quia in ejus gultu consistit solacium peregrinantium, in ejus visione & fruitione beatitudo electorum,**

Gen. 27.

Abac. 3.

Eccl. 24.

Cant. 2.

Conclusio.

MARIA, Arca sanctificationis. Mater divine gratiæ, digneris nos visitare cum Filio, ut mandemur à peccato, ut sanctificemur coelestis gratiæ dono, ut repleamur Spiritu S. Nos cum prole pia benedicas Virgo Maria, ut te & Prolem tuam cum Elizabetha benedicere valeamus, illiusque ac tuas laudes decantare, quia in Matrem elegit te suam, ac in Medianicem nostram, Benedictus uterque, benedicta ubera tua, qua lactaverunt æterni Patris Filium. Benedicta in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui. Misericordes oculos ad nos converte, & fructum illum benedictum nobis post hoc exilium ostende, O clemens, o pia, o dulcis Virgo Maria!

Mans silentii erat MARIA, quia illud virginalem decet modestiam, Quapropter de ea te statur Evangelista, quod cum mysteria multa vel audiret, vel contempletur coram oculis suis peracta: *Conferuabat omnia verba hæc confrens in corde suo.* Pudica Virgo non evulgabat, sed conferebat que facienda legerat, cum his que facta cognoſcebat, & in silentio adorabat, expectans tempus congruum quo Deus ea vulgari vellet. Dum in Nativitate Angeli canunt, Pastores annunciant, cæli loquantur, stella prædicat, Simeon & Anna prophetant, & loquuntur omnibus qui expectabant redemptionem Israël, MARIA in silentio conferuabat omnia verba hæc confrens in corde suo. Deique magna hono rabat magis silentio, quam loquela. Hanc MARIA modestiam, pudicamque com humilitate silentium commendans S. Bernardus, advertit quater tantum loquentem toto Evangelio exhiberi: semel cum Angelo incarnationem Filii Dei nunciante, & consensum expente; iterum cum Elizabetha eam magnificis verbis salutante; rurſus cum Filio recens invento in templi adytis, materno affectu ad id urgente; denique in nuptiis, necessitate conjugium id expolente. Et quidem paucis ubique verbis suam ostendit sapientiam. Nam cum Angelo dixisset: *Quomodo fiet istud? Ino timens virginis voto, Angelusque expulſiſſet modum, respondet paucis: Ecce Ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum.* Cum autem reperisset Filium tanto affectu requisitum, non aliud dicit: *Fili, quid fecisti nobis sic? Ego & Pater tuus dolentes quærebamus te.* In nuptiis autem tria verba dicit Filio: *Vinum non habent.* Tria quoque minoris: *Quodcumque dixerit facite.*

At hic verò, quasi abrupto silentio, decem verba mysterii & sapientiæ plenissima velut Plasterium decachordum enunciauit, in laudes Dei erumpens. Exarsit ignis in corde ejus, ignis lucidissimus & ardentissimus divini amoris, & has scintillas foris excitavit. Eructavit cor ipsius verbum bonum, unde dicando se & opera sua Regi, facta est lingua ejus quasi *calamus Scribæ velociter scribentis.* Et quidem singula verba à Spiritu Sancto cor & linguam Mariæ motitante dictata scripsit, Lucas, ab eodem Spiritu specialiter edoctus, & posteritati consignavit in finem ulque sæculi decantanda. Ea propter Ecclesiæ hoc canticum quotidie in divino officio vespertino repetit, quod in vespere mundi; MARIA cecinit; idque stando facit, ob ejus eminentiam. Nam in eo non solum redduntur gratiæ ob beneficia MARIE collata, sed etiam ob beneficia toti humano generi exhibita per incarnationem Filii Dei: per quam maxime *inſcepit Israël quærat suum, hoc est populum suum fidelem, indi-*

Para I. Der. p. 10. Cant. M. V. Luc. 2.

Magi. I. I. M. V. Quater locuta in Evangelio.

Ps. 44.

